



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

37. De onore sacerdotij, & D. Leone Pontifice, ac summa circumspectione  
adhibenda in manuum impositione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

pter sanctam Chalcedonensem Synodum illos Caitan in Pontum exilio relegasset, vidit in somnis idem Imperator virum quendam insignem vestitum amictu candido, contra se stare, codicem scriptum ferentem, ac legentem. Evoluens autem quinque folia codicis, legensque Imperatoris nomen, ait illi: Ecce propter perfidiam tuam deleo quatuordecim annos: & digito suo illos deleuit. Ac post duos dies, facto fulgore magno, atque tonitruo, pauore turbatus reddidit spiritum in summa angustia, pro eo quod impius fuit in sanctam Christi Dei nostri Ecclesiam, eiusque pastores exilio damnauit.

*Ioannes Moscus Eniratus c. 149. Prati Spiritualis. De onere sacerdotij. et D. Leone Poissice ac summa circumspectione adhibenda in manuum impositione.*

## CAP. XXVII.

**C**UM descendisset Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, ut adorarent eum, inter quos affuit & ego cum Abbate meo. Coepitque Patriarcha dicere patribus: Orate pro me, patres. Magnū enim onus, & intolerabile iniunctum est, sacerdotij dignitas me terret immodicē. Petri enim & Pauli, & similium est regere rationales animas, ego autem infelix peccator sum. Plus autem quam cetera timeo ordinationum sarcinam. Nam inueni scriptum, quia beatis-

simus

simus & æqualis angelis Papa Leo, qui Roma-  
 re Ecclesiæ præfuit, per quadraginta dies per-  
 seueravit ad sepulchrum Apostoli Petri, vigi-  
 lijs & orationibus insistens, petensque ab A-  
 postolo, vt pro se apud Deum intercederet, vt  
 dimitterentur sibi peccata sua. Impletisque  
 diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Pe-  
 trus dicens: Oraui pro te, & dimissa sunt tibi  
 omnia peccata tua, præterquam impositionis  
 manuum. Hoc enim solum abs te requiretur,  
 siue benè siue fortassis aliter id egeris.

*Ex libr. 9. cap. 34. Ecclesiast. histor. Tripartita  
 Theodoretus libr. 5. cap. 21. Ecclesiast. histor.  
 De admirabili virtute aquæ ab Episcopo be-  
 nedictæ, & per Diaconum aspersæ.*

## CAP. XXXVIII.

**A** pud Apameam Marcellus Episcopus cū  
 videret Præfectum Orientis cum suis  
 quos habebat militibus in templo Io-  
 nis diruendo parum proficere, propter stru-  
 cturæ totius firmitudinem, & solidissimo-  
 rum lapidū magnitudinem ac duritiem, iam-  
 que Præfectus de successu desperaret, Episco-  
 pus Præfectum quidem misit ad alias ciuita-  
 tes, ipse verò Deo supplicabat, vt templi de-  
 struendi præberet successum. Inter hæc venit  
 quidam non cuiusque artis peritus, sed la-  
 pides & ligna in humeris ferre assuetus. Is er-  
 go accedens, promisit facile templum esse sol-  
 uendum: duorum autem mercedem poscebat  
 artificum. Cumq; hoc sanctus Pontifex pro-  
 miss-